UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 70. Scholares in Societate approbati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66615

Visual Library

Sæcul. XVI. A.C. 1542.

atque idololatrarum regiones ad quaſcunque demum pro annuntiando Chriſti Evangelio mitterentur, ire velint.

§. LXX.

Scholares in Societate approbati.

Inſuper S. Ignatii Conſtitutiones de alio adhuc gradu eorum, qui Scholares approbati vocantur, mentionem faciunt. Hoc nomine appellantur illi, qui adhuc ſtudiis vacantes ad profeſſionem accedunt, quibus Societas ſeſe non niſi adjectis quibusdam conditionibus obſtringit, quamvis ipſi ſine ulla exceptione ſeſe Societati devoveant, promittentes, quod in ea vivere, nec non in integra trium votorum ſide mori velint. Præterea iidem ſpeciali voto ſeſe obſtringunt, quod illum gradum ſeu ſtatum acceptaturi ſint, ad quemcunque eos admittere progreſſu temporis eorum Superioribus bene viſum fuerit. Nihilominus Societati relicta eſt poteſtas, vi cujus juſtis ex cauſſis illis votorum obligationem relaxare, eosque dimittere valet. Ceterum ubique locorum, excepto Franciæ Regno, ſuorum bonorum dominium ac proprietatem conſervant, quamvis absque ſuorum Superiorum conſenſu nec illis frui, nec de iis diſponere poſſint.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN